



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt XIII. De perseuerantiæ munere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

prehendatis. *a* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo ^{a 1. Cor. 5.} corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte, cùm alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiat. Item princeps Apostolorum Petrus: *b* Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. hęc enim facientes, non peccabitis aliquando. *c* Vnde constat, eos ^{b 2. Pet. 1.} ^{c infr. Can. 15.} orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt, iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui statuant in omnibus operibus iustos peccare, sine illis suam iplorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam: *d* cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad facien- ^{d infr. Can.} ^{31. Psal. 110.} das iustificationes tuas propter retributionem. & de Mo- se dicat ^e Apostolus, quod respiciebat in remuneratione. ^e Heb. 11.

C A P V T XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem ca-
uendam esse.

NE MO quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, ^{Infra Can. 15.} de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsque <sup>& 16. c. cora
ripiantur. in
fin. 24. q. 3.</sup> adeò præsumere debet, vt certò statuat se omnino esse in numero prædestinatorum *f*; quasi verum esset, quod iu- <sup>f Ezech. 11.
Galat. 3.</sup> stificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccau-
rit, certam sibi resipiscientiam promittere debeat. nam,
nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus si-
bi elegerit.

C A P V T XIII.

De perseverantia munere.

^g Matth. 16.
^h 24. c. sug-
gestum. 7. q.
ⁱ. & c. non
reuerteran-
tur de pan.
^j dist. 2. infra.
^k Can. 16. 17-22
^l Ez. 16. 33.

SIMILITER de perseverantia munere, de quo scri-
ptum est: ^g Qui perseverauerit usque in finem ^h hic
sal-

46 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.

Claus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi
 a Rom. 14.
 b Phil. 1.
 c 1 Cor. 10.
 d Phil. 2.
 e Rom. 10.
 f 1 Pet. 1.
 g 1 Cor. 10.
 h Hieron. 10a.
 i Mor. in Epist.
 ad Demetr.
 que in ipso,
 Inter annos
 forsan ex
 Terrul. lib.
 de paenit.
 c secund
 post naufragi
 gium de paen
 dist. 1.
 i Ioan. 20.
 Mat. 16. c. ut
 constitutere
 tur. 50. disp.
 e. ut eviden
 ter. 1. q. 1. cù.
 14. de paen. 4.
 g. 3. & 4.

ab eo, qui potens est eum, a qui stat, statuere ut perseueranter stet, & eum, qui cadit, restituere: nemo sibi certa liquid absoluta certitudine pollicetur: tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficeret. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne carent; & cum a timore ac tremore salutem suam operentur in labioribus, in vigilijs, in eleemosynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs & castitate. Formidare enim debent, scientes e quod in spem gloriae, & nondum in gloriam tenati sunt de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum Diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti: f Debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis; morimini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

REMISSIONES.

g. 1 fra Can. ^a V Ide P. Aegid. de Conink de Sacram. & censuris tom. 2. disp. 2.
 23. & 29. num. 154.

C A P V T XIV.

De lapsis, & eorum reparacione.

QVI verò ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cùm excitante Deo per Pœnitentia sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsis reparatio: quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti h Patres aptrè nuncuparunt. Etenim pro ihs., qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit Pœnitentia*, cùm dixit: i Accipite Spiritum sanctum. Sess. tum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde docendum est,